

THEOLOGICARVM QVAESTIO
num. Liber sextus. De veteri testamento
ab Abraham ad Christum & hebreorum
statu.



Vod fuit vete
ris initium testa
menti?

Abrahæ vocatio: q̄
facta est, circa finem
aureæ ætatis. Nam
natus est Abraham
anno post diluuiū,
ducentesimo nona
gesimo quinto: iam

aurea ætate quinq; & quadraginta annis, a Nino
& Nymbrotho regibus vitata. Egressus est autē
de terra sua, diuine obediens vocationi: anno tre
centesimo septuagesimo post diluuiū, cū esset
septuagintaquinq; annorum. Hæc est enim vo
cationis ipsius series. Dixit autem dominus ad
Abram. Egredere de terra tua & de cognatione
tua: & de domo patris tui & veni in terram quā
monstrauero tibi.

Quota generatione ab Adam: natus
est Abraham: veteris testamēti pater?
Prima & vigesima. Nam ab Adam ad Noe: de
cem generationes numerantur. A Noe vero ad
abraham: vndecim: quæ sunt Noe, Sem, Arpha
xat, Sale, Heber, Phalech, Reu, Saruch, Nachor,
Thare, Abram. Quapropter veteris testamenti
series, quæ ab abram ad Christum fluxit: & in ge
nerationibus quadraginta & duabus numera
tur: dupla est ad eas generationes, quæ sunt ab
Adam ad Abram. Nam numerus quadagesi
mus secundus: est ad primū & vigesimū duplus.

Quæ sunt promissiones dei: factæ ad
Abraham: priusq; egrederetur de terra
sua?
Hæ sunt: faciamq; te in gentem magnam & be
nedicam tibi: & magnificabo nomen tuū: erisq;
benedictus. Benedicam benedicientibus tibi: &
maledicam maledicentibus tibi. Hæ sunt primū
tiæ diuinarum sponsonum ad Abraham. Donū

terre optime lac & mel manantis, propagatio se
minis, magnificatio nominis, maledictio & attri
tio inimicorum. Sed residuus sermo præcipuam
& toti humano generi perutilem pollicitationē
complectitur. Subiungitur enim. Atq; in te be
nedicentur omnes cognationes terre: quod chri
sti natuitatem præuaticinabatur.

A quo humane mentis habitu: vetus
testamentum sumpsit initium?

Non a sensu, nisi forte ob visibilem apparitionē
angelorum: quī interdū plerunq; Abrahæ appa
ruisse & cum eo manducasse leguntur. Non ab
intelligentia: nisi quatenus & esse deum & vni
cum esse & immensum atq; æternum Abraham
prænouerat & ita colebat. Non a ratione. Maxi
mopere igitur cœpit a fide. Nam scriptum est:
Credidit Abraham deo: & reputatum est ei ad
iusticiam. Fuit itaq; fides plusq; alius omnis hu
mane mentis habitus: totius veteris testamenti
initium.

Per quid iustificatus est Abraam: vt
dignus fuerit diuinas accipere repro
missiones?

Per fidem, siue auditum fidei. Inuentus em̄ fidei
Abraham: dignus fuit qui diuinas repromis
siones acciperet. Fide enim exinaniuit seipsum:
relinquens cognationem suam, egrediens de ter
ra sua: veniēs in terram, sibi antea ignotam. Pere
grinus habitans super faciē terre: & per oīa obe
diens deo, sciens quoniam potens erat ea opere
implere: quæ veridico verbo insonuerat.

An sola fides absq; operibus: fuerit iu
stificatio abrahæ?

Duplex est abrahæ iustificatio, quæ dā secundum
personā ipsius, ex præiis operib;: per quæ antea
vir iustus & bonus erat placens deo. Alia consi
deratione posteritatis: qua dignus factus est, pa
ter esse multarū gentiū & diuinas accipere repro
missiones. Et hæc est iustitia fidei ex auditu illa
ta. Nam quia ex præiis operibus, Abraam iust
erat: placuit deo hunc, magis q̄ quēuis alium, cō
stituire heredem futurarum benedictionum. Et
quia reuelatē per auditum benedictiōi credidit:
ideo demum post opera, iustificatus est ex audi

Questionum

Theologicarum

tu: inuentusq; dignus qui illas hereditaret.

7 Quopacto fides Abrahę fuit sperandarum substantia rerum: argumentum non presentium & non apparentium? Hęc est fidei ratio a Diuo Paulo designata. Dicitur igitur quoniã Abrahę fides, fuit substantia & argumentũ rerũ sperandarũ: non presentium & nõ apparentiũ. Substantia quidẽ: propter robur certitudinem & immutabilitatem ipsius fidei, Argumentum vero ppter angelicas visiones & alia pleraq; signa: quę ei diuinitus monstrata sunt. Non presentium vero & non apparentium: quia diuine sponſiones factę sunt ad eũ, non in presentibus sed in futurũ tempus. Dicitũ est em̄ ad eũ: multiplico semen tuũ, dabo semini tuo terrã hanc: benedicentur in te oēs cognationes terre, quę omnia futurum tempus claudunt.

Qualiter fides Abrahę: ccepta sit in carne: & consummata secundum spiritum?

Quia primum opus fidei Abrahę: fuit egredi de domo patris sui, & de terra sua, & de cognatione sua. Nã priora iustitię opera, quę fecerat in terra sua: nequaquam ad veteris testamēti substantiã & initiũ spectant. Primũ itaq; Abrahę opus illatũ ex fide: fuit ppricę carnis abdicatio. Pertinent em̄ ad carnẽ: paterna domus, pater, cognatio, & terra natiuitatis. Quod autẽ perseverauit obediens deo in terra promissæ: ad priora opera carnis, in spũ consummauit. Ccepit igitur Abrahę fides a carne: & consummata est in spiritu.

9 Quanta est Abrahę fides?

Quantę ad eũ factę sunt diuine sponſiones: quas prius sub quinque articulis recensuim⁹. scilicet in dono & acceptione terre optime: in magnificatione noĩs ipsius, in ppgatione seminis ei⁹, iuxta numerum stellarum. In maledictione & attritione hostiũ: sub qua, pax ipsius & seminis eius continetur. In benedictione omnium cognationũ terrę in semine eiusdem: quę Christi natiuitatẽ pollicetur. His auditis a deo: credidit Abrahã. Est ergo tanta eius fides: quanta hęc esse noscuntur.

10 An fides Abrahę: sit solum tanta: quanta est veteris testamenti substantia?

Nequaquam: sed tanta est, quanta substantia vtriusq; testamenti. Extenditur em̄ in vetus testamentum: in nouũ & in conciliationẽ vtriusq;, per quã fiet vnum ouile & vnus pastor. Nam tũc primũ, id veraciter & manifeste implebit. Benedicetur in te oēs cognationes terre. Sublata quippe omnium religionum varietate: omnis orbis ad Christum ea a tate conuertetur.

An consummabitur fides Abrahę in presenti seculo: vel si in futurum seculũ penetrabit?

Cũ fides abrahę, Christi natiuitatẽ cõplectatur: cõprehendit & oĩa Christi cõsequētia, vt ei⁹ passionẽ, resurrectionẽ, futurũ iudiciũ, & ppetuum eius regnũ quod erit in futuro seculo. Nã vtriusq; seculum: est vt vtriusq; testamentũ. Si igitur Abrahę fides in vtriusq; extenditur testamentũ: hac & in futurum immortale seculum penetrabit.

Si verum est ante huius seculi cõsummationem: Christum in vniuerso mundo regnaturum: quomodo non in hoc seculo: fides Abrahę & diuine promissiones implebuntur?

Esto nonnunquam futurũ sit: vt vniuersus mundus ante hui⁹ seculi cõsummationẽ, ad Christianę fidei vnitatẽ & pacẽ reducatũ: & vt oēs cognationes terre, benedicant in semine Abrahę p Christi cultũ: quia tamẽ rursũ in fine mudi soluto saethana e carcere suo inundabit hominũ malicia supremo igne expianda: ideo tẽporale erit hoc seculum: tempus autẽ capax nõ est immortalitatis. Quapropter fruct⁹ immortalitatis (in quẽ fides Abrahę credidit) exigit vt cõsummato per ignẽ presenti seculo futurum instauretur, equum huius mane immortalitati.

Quod est precipuum argumentum fidei Abrahę: quo rerum nondum apparentium: diuinitus tamẽ promissarum certior euasit?

Natiuitas filii sui Isaac. Nam etsi argumentum sumere potuit, reę euēturę, a crebra visione angelorũ: precipuum tñ illi argumentũ fuit & futurorum euidentis auspiciũ, Isaac origo: per quam

confirmata est ipsius fides. Dicebat enim prius (tamen si crederet) quasi subhesitans. Domine deus quid dabis mihi: Ecce ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus mee, heres meus erit: iste damascus Elyeser. Quae castigans deus adiecit. Nequaquam: sed qui egredietur de lumbis tuis haeres tuus erit. Natiuitas igitur Isaac praecipuum exitit argumentum: rerum nondum apparentium non nunquam tamen futurarum.

14 Cur cum promissus esset Isaac: ante Ismaelem: ante tamen Isaac natus est Ismael?

Isaac filius est promissionis, futurarum benedictionum: promissus Abraham a deo, priusquam nasceretur Ismael. Nam de Ismaelis natiuitate: nulla diuina sponso praecurrerat. Is enim natus est secundum voluntatem carnis, de ancilla. Quia igitur Ismael & Isaac sunt ut caro & spiritus, ut praesens seculum & futurum: manifestum est cur Ismaelis natiuitas Isaac natiuitate praecessit.

15 Quo pacto se habent adinuicem Ismael & Isaac?

Sicut ut diximus caro & spiritus: praesens seculum & futurum: sicut etiam utraque testamenta: sicut seruus & liber, sicut tempus & aeternum, sicut eiciendum de domo patris: & mansurus in domo patris in aeternum, ut hereditatem accipiat. Sicut reprobandus & eligendus. Quae admodum igitur opera huius mundi & carnis: praecurrere & reprobari debet, priusquam ipsius spiritus & futuri seculi opera succedat: ita & Ismaelem ante Isaac in mysterio oportuit praenasci.

16 Quot anni intercessere: a substantia & initio fidei Abraham: usque ad certissimum & praecipuum eius argumentum?

Fides (ut diximus) a diuo Paulo, per substantiam & argumentum diffinitur: hoc est per robur & non nullam euidentiam. Porro initium & substantia fidei Abraham fuit: quando dictum est ad eundem. Egredere de terra tua. Certissimum autem eius argumentum, fuit (ut docuimus) natiuitas Isaac. Erat autem Abraham septuaginta quinque annorum: quando egressus est de Ur Caldeorum. Centenarius vero,

quam genuit Isaac. Fluxerunt igitur ab initio & substantia fidei Abraham, usque ad praecipuum eius argumentum: anni quinque & viginti: quibus fides eius (et si nonnullis fluctibus agitata) immutari non potuit, nec vlla incredulitate subuerti.

17 Cur ut plurimum electorum dei matres primis annis steriles fuere: & extra fere spem omnem & naturae serie: ipsos dei electos peperere?

Idem quod plurimis mulieribus experiri licet: ut in Sara prima, in Rebecca, in Rachele, in Anna matre Samuelis, in Anna Mariae virginis matre, in Elizabeth Ioannis baptistae & in aliis multis. Id autem voluntate dei fiebat: ut nati filii, magis essent filii humanarum orationum quam carnalium voluptatum. Hoc est quos magis parentum humilis oratio, a deo impetrasset, priusquam deo deuouisset: quam quos ipsa carnis voluptas genuisset: ut uel hi filii, qui futuri erant electi dei: magis secundum voluntatem dei, quam secundum voluntatem carnis, aut parentum, aut luxuriantis naturae nascerentur.

18 Cur centesimo anno vitae Abraham natus est Isaac?

Abraham centum erat annorum, quando genuit Isaac. Huius autem ratio, spectat ad praecedentem: quod omnes fere dei electi, extra parentum spem & praeter naturam (quippe iam senio exhausta & ad generationem inuallida) seriem nati sunt. His adde: quod centenarius numerus, quater quintum quadratum, hoc est quintum & vigesimum numerum inuoluit. A natiuitate igitur Abraham, usque ad initium fidei ipsius: ter quintus quadratus sumendus, hoc est septuaginta quinque anni. Adhuc vero semel idem quadratus, adiectus vitae Abraham: numero centenarius genuit Isaac.


19 Cur Sara nonagesimo suae vitae anno peperit Isaac?

Sicut Isaac natus est ea aetate patris, quae quater quintum quadratum hoc est quintum & vigesimum multiplicat: ita & ea aetate matris quae sexies quintum trigonum id est quod denarium numerum comprehendit. Nam quintus &




Questionum

vigesimus (qui quintus quadrat⁹ est) quaternario auctus centenarium restituit. Quindenarius vero (is em quintus trigonus est) senarium multiplicans, nonagenos parit. Hic aut numerus est maternus: ille vero paternus.



20 Quomodo ex quadrato & altera parte longiore: Isaac progenitus dicatur? Isaac progenitus est ex Abraham cetenario: & Sara nonagenaria. Centesimus autem numerus: decimus quadrat⁹ est: product⁹ ex denario in seipm ducto. Ast nonagesimus numerus: nonus 100 90 est altera parte longior, ex nouenario in denarium cōsurgēs. Apud Arithmeticos vero qdrati haud ab re masculi formalesve: altera aut parte longiores (vt pote quadratos circūstātes) sex minini & materiales vocant. Merito igit cōgressu quadrati & altera parte longioris: Isaac progenitus dicatur.



21 Quo pacto numeri Abraham & Saræ: nunc in septē nūc vero in decē numeros qq̄ dissimiles: reducantur?

Cetenarius numerus per viginti quinque est vt quatuor quadrati. Nonagenarius vero: velut sex trigoni, p decimū quintū partit⁹. Hoc pacto igit numeri Abraham & Saræ: sunt vt decē numeri dissimiles, id est vt quatuor quadrati & sex trigoni. Rursum quia nonagenarius, est velut tres altera parte longiores (nā duo trigoni aequales: vnū altera parte longiorē efficiūt) hinc ex quatuor quadratis & tribus parte altera longiorib⁹: Isaac nat⁹ est.

Qua re nūc ex quaternario & senario: 25 25 25 25 15 15 15 15 15 15 nūc vero ex quaternario & ternario pgenitus!



22 Qualiter se habet quinquarius: in generatione seu natiuitate Isaac?

Theologicarum

Se habet vt denominās oēs numeros: ex quorū cōgressu iōe & copula genit⁹ est: tā quadratos, tā trigonos, q̄ altera pte longiores. Oēs quippe hi numeri: i sua serie & specie, a quinario denominant. Sunt em ordine, quinti a monade. Quapropter quinario numero: latens mysteriū non deest.

23 An circūcisio data sit Abraham, in iustificationē ipsius & filiorum?

Nequaquā. Nā ante circūcisionē, iustificatus erat Abraham ex operib⁹: vel ex auditu fidei. Filiorum quoq; iustificatio: minime in simplici circūcisio ne fita: vt pote q̄ sola: nihil perfectū, aut habet aut operat⁹: sed magis in fide patris sui Abraham in quā & ipsi crediderūt aut in opibus sequētis legis. Nō fuit igit sola circūcisio: aut Abraham aut filiorū eius iustificatio.

24 Si circūcisio: nec Abraham nec filiorum fuit iustificatio: propter quid illa a deo: præcepta & indulta est?

Vt esset signū pacti & foederis diuini: qd̄ inerat deus cū Abraham & semine eius. Hoc em sensibili signo posito in carne: voluit de⁹ patre & cunctos filios testamēti, ab iūgi ac diuidi a ceteris gentib⁹: tāq̄ prestolātes meli⁹ sacramētū, id est baptismū: in quo plus ex fide, q̄ ex opibus iustificarent. Fuit em circūcisio: pcurres vmbra & figura baptismi.

25 In quo primo: secundum legem: facta est circūcisio?

In Isaac. Nā pcepit de⁹ octauo die circūcisidi omne masculinū. Prim⁹ aut Isaac octauo circūcisus die fuit, Abraham quippe nonaginta & nouem erat annorū: quādo circūcisidit carnē preputii sui. Ismael vero tredecim annos impleuerat. Diuini igit pceptū (quod merito legis obtinet vigore) vt octauo die, omnis masculus circūcisideret: primit⁹ in Isaac impleri cœpit.

26 Quid presertim mystice: exprimit ipsa circūcisio?

Circūcisio est manifesta quedā carnis afflictio: q̄ masculis infantibus octauo die, iuxta dei pceptum inferebat. Hæc aut carnis afflictio, ad filionem vsq; sanguinis pertingens occultius signat originālē maculā, quā filiorū caro a patrib⁹ contraxit. Ideo em & caro filiorū affligitur: & pars illa

lius aliqua refecatur. Nā peccatum dolor quidā est & afflictio carnis. Tolle enī peccatū tollis natura & omnē carnis dolorē & circūcisionis necessitatē. Est igit circūcisio: exterum quiddā occultū & inhabitantis peccati signum.

27 An incommodū sit circūcisionē ipsius originalis peccati maculā sustulisse?

Nequāq̄. Nam si circūcisio signū est p̄cipuū & efficacioris sacramenti, id est baptisimū: quod post ea ad eam maculā abolendā: est a deo indultū, ordinatū, institutū: quid incomodi eandem virtutem: quā gradu & intensione differentem: inesse signo & principali sacramento? Principale sacramentum voco baptisimū: quod antecedēs circūcisionis signū p̄signauit. Expressit em̄ circūcisio integerrimā ablutioē originalis peccati per baptisimū, quā tamē aliquo pacto vt in figura & umbra: abluere abstergere & emundare sufficiebat.

28 Si circūcisio p̄signabat ablutioem originalis maculæ: cur Christ⁹ qui ea caruit labe: circūcisus fuit?

Christus nullo pacto erat sub lege: quispe innocentissim⁹. Voluit tamē fieri sub lege. Nō modo enī circūcidī voluit: sed & baptisari, a Ioanne in Iordane. Nā qui circūcisionis signū sua carne p̄tulerat: voluit & principaliori subdi sacramento. Et nō modo circūcisionis & baptisimi legē: sed & dirā mortis humilitatē propter nos (cū tamē immortalis esset) subire voluit. Haud enī legis necessitate: sed benigna sola clamentiq̄ volūrate. Christ⁹ hęc oīa, p̄pter mortaliū genus, dinoscitur perpeffus.

29 Quandiu perseuerare debuit circūcisio?

Quādiu mors in hoībus regnauit: quādiu originalis peccati macula, salubriori medicamine caruit. Nā signū, quod p̄cipale aliquod futurum p̄signat: tādīu stare & p̄seuerare oportet: quoad id principale, quod in signo exprimit, p̄sentissimū fiat oculisve hoīm reuelet. Sicut enī oriēte luce, dispereūt tenebræ: ita & signa accessū & ortu signatorū sunt refecanda.

30 An in nouum testamētum: penetrare

circūcisio debuit?

Minime. Nam in ortu noui testamēti: sublata est mors, per innocentis & immortalis Christi necē. Orta est etiā p̄clarior medela baptisimū: q̄ a circūcisione p̄figurata, originalis peccati labem efficacius succidit: & haustu a parentibus mortis virus penit⁹ extinxit. Haud igitur in nouū testamētum, penetrare circūcisio debuit: vtpote q̄ superfluit cum baptisimo.

31 Cum tam in mulierib⁹ q̄ in viris regnauerit originale peccatū: cur in solis viris positum est signū originalis peccati?

Ambo prothoplasti vir & foemina: edentes de ligno peccauerunt: eorūq̄ filii, tā mulieribus q̄ viris: adhesit originalis macula. Attamen onus & signum peccati: soli viri nō mulieres, in sua carne per circūcisionem tulere. Nam sub viro comprehenditur mulier: tanq̄ potentia sub actu. Et non modo hoc: sed & ipsa originalis labe, imposta est pro omnib⁹, vni viro Christo: & in vni⁹ viri morte: a cunctis tam mulieribus q̄ viris mīto modo sublata.

32 Quid est q̄ patrum veteris testamēti nomina scilicet Abram & Sarai prius erāt equalia & ambo pentagramaton? Nomē Abram, quinq̄ lras habet: Sarai quoq̄ nomē: haud pluriū est q̄ quinq̄ litterarū. Sūt igitur ambo æqualia & pentagramaton. Id vero p̄inet ad rationē & dignitatē quinarū nūeri: quo de nō nulla i numeris anorū vtriusq̄: cētenario scilicet & nonagenario locuti sum⁹. Nā & p̄missioēs diuine ad Abrahā factę: quinarū explicant. Quinq̄ enī sunt: scilicet donū terræ optimæ, magnificatio noīs, propagatio seminis, maledictio hostium, b̄dictio oīm terræ cognationū. Merito igit hic gnarius, q̄ & prim⁹ numer⁹ est: in primorū patrum veteris testamēti noībus, legit expressus.

33 Quo pacto totius hominis nomen: sūt decagramaton decēve litterarū?

Tot⁹ homo virū & mulierē cōprehēdit: virū eqdē vt actū, mulierē vero vt potētiā. Nā sicut act⁹ & potētia vni aliqd sūt: ita vir & mulier, sūt vni⁹ hō. Quia igitur singularū hominis partiū nomina,

Questionum

quinq; sunt litterarū: hęc duo simul, totius homi-
nis nomē decagramaton decēve litterarū effici-
ent: duo enī quinarū denariū implēt. Est igit̄ toti-
us hominis nomē: vt litterarū denariū,

34 Quid ad hominē ratiois & proportio-
nis denariū habeat?

Denariū aliquo pacto numerus hoīs est. Nam si
spectes rationalē aīam: hęc decimo loco inter coc-
lestes ordines (quippe nouenarios) numeratur.
Est em̄ hęc vt decima intelligētia: q̄ licet habiter
in carne, fert̄ tamē suo modo in deū. Rursum hu-
manū corpusculū, quattuor cōprehendit elemē-
menta: quorū numerus denariū est. Nam ex his
quattuor numeris: vnitāte, binario, ternario & q̄
ternario denariū conflabis. Habet igit̄ denariū in
hoīe tā ob illius animū q̄ ob corpus eiusdē: iustis-
simē ratiois & pportionis causam.

35 Cur deus nomina patrū veteris testa-
menti: prius æqualia immutauit: & inæ-
qualia fecit?

Id ptinet ad ea q̄ prius diximus de Adam & Eua:
qui cū ante peccatū essent vt aliquo pacto natu-
ra equales: post peccatū ex diuina maledictione,
inequales facti sunt. Dicitū est enī ad mulierē, Sub
virī potestate eris & ipse dominabitur tuī quasi di-
cat: tu viro serues & famulaberis illi. Ibi em̄ mani-
festa inegalitas accidit: vbi serū nomen vni: al-
teri vero domini appellatio donat. Hęc enī hu-
manarū inegalitas partū: quidā est effect⁹ & ap-
paritio peccati.

36 An ante veteris testamenti initiū: pec-
catum apparebat peccatū?

Nequaquā. Nā nondū erat lex aut circuncisio: quæ
causā pcti sunt introducta. Erat quidē peccatum
ante veteris testamēti initiū: sed nō apparebat
peccatū, neq; agnoscebat vt pctm̄. Institutio autē
veteris testamenti: fuit qdā vita & apparitio pec-
cati: vt nō solū existēs sed viuēs & apparēs pecca-
tū: accepta occasione, tollere ac succideretur.

37 Ad quid testamentum vetus est a deo
institutum?

Vt peccatū quod erat quidē ante legē, sed nō ap-
parebat: p occasione testamēti (vt in præcedente

Theologicarum

diximus) in filiis testamenti reuiuisceret atq; ap-
paret: tandēq; per occasionē suę apparitionis, a
deo tolleretur. Nā occasio viuentis & summe ap-
parentis mali: causa est vt illico malum omne, ra-
dicitus succidat atq; euellat. Maiorē quippe præ-
bet indignationē mali apparitio & extollentia: q̄
simplex ipsius substātia. Quod em̄ est & non ap-
paret: inter ea quę nō sunt, iudicatur.

38 Quæ sunt apparitiones peccati: in ve-
teri testamento?

Circuncisio, immutatio nominū Abraæ & Saræ
indulta lex per Mosē. Nex demum Christi in le-
ge prefigurata. Hæ omnes sunt apparitiones pec-
cati: in filiis testamenti. Cōsummata vero supre-
maq; eius apparitio: fuit mors Christi: inchoata
a circuncisione: q̄ prima, vt manifestaret peccatū:
sanguinē fundere coepit.

39 Cur addidit deus virili nomini litterā
vnam a nomine vero muliebri vnam de-
traxit?

Dixit deus ad Abram. Nec vltra vocabit̄ nomen
tuum Abram: sed Abraam. Sarai quoq; vxorem
tuam, nō vocabis Sarai: sed Saram: quod in recto
& nominatiuo casu expressum vt Sara: quattuor
tantū litteras habet. Nomē autē Abraam, litteras
habet sex. Ablatū est igit̄ a muliere, & datū viro:
quia primitus a muliere in virum, processit pec-
catum.


40 Cur mulieris nomē tetragramaton re-
linquens: viri nomē hexagramaton insti-
tuit?

Vtraq; nomina Abram & Sarai, erant æqualia:
nam quinq; litterarum. Voluntate autem dei vi-
ri nomē hexagramaton euasit: mulieris autem
nomen quattuor litterarum relictum. Nepe quia
a muliere in virum processit peccatum: statuit
deus vt ob apparentiam peccati solueretur equa-
litas eorum. Et vt mulier quippe viro subiecta mi-
nus haberet: vir vero tanq; mulieris dominus:
aut abundantem, aut perfectam mensuram
consequeretur. Nam sicut quaternarius, di-
minutus numerus est: ita & senarius perfectus.

Et si obiecerit quis: cur cū peccatū ortū sit in primis parentibus: dilata est eius apparitio vsq; ad Abrahā & Saram: Dicendū aliud esse tēpus substantiæ peti: aliud apparitionis eiusdē. Quod em̄ ortū est fere ab initio mūdi: in primis parētib⁹ voluntate dei per ipsam noīm immutationē appare re coepit in patribus veteris testamenti.

41 An totius hominis nomen sit immutatum: hoc est aut dīminutius: aut abundā tius factum?

Minime. Nam toti⁹ hominis nomen, est vt denarius: quippe de cagrammatō. Siue autem denarium, aqua partione in




geminos quinarfos: siue ineq̄li diuisione, in senariū & quaternariū seueris: hic nec maior nec minor fit: sed vtroq; manet idē denarius. Etenim hęc duo noīa Abram & Sarai. Et rursum hęc duo Abraam & Sara: duo & duo simul sumpta, denario nec maiora nec minora sunt.

42 Quod sacrum nomē in his duobus nominibus Abram & Sarai litteraliter geritur expressum?

MARIA: factū deipare atq; intemeratē virginis nomen. Nam explicato per litteras, vtroq; nomine Abram & Sarai: deme a nomine viri retrograde, tres postremas lras M, A, R, A noīe vero mulieris, eodem modo

supremas duas I & A sume. Et ex his quinq; litteris, constabīs nomē Maria pentagramaton: plus a virili nomē



ne q̄a muliebri subducēs. Et q̄q̄ forte id in hebreis nominibus ita non habeat: aut ex vi & natura ipsorum nominum non eliciat: superuacaneū ta

men non sit, id quod in latinis litteris accidit, in laudem virginis expressisse.

43 Quid præsignauit id quod voluntate dei: iussus est Isaac offerri in holocaustū: et tamen reuocatus a deo ne immolaretur?

Id & passionē Christi & resurrectionē eiusdē præsignauit. Passionē quidē: q; humana voluntas, diuine obediēs voci: illum offerebat in holocaustū. Resurrectionem vero p̄ id, q; diuina voluntate reuocata est humana hostia: id est Isaac: ab imminēte iam morte ad vitā. Nā Christus ab hominib⁹ interemptus: suscitatus est a deo & ab eo reuocatus ad vitam.

44 Cur Esau & Jacob: in materno vtero adinuicem collidebātur?

Id pręfigurabat acre duellū sp̄it⁹ & carnis: & varias aduersum seinuicē cōcupiscentias. Id em̄ eandem habet intelligētīā: quā colluctationes Ismaelis & Isaac: quorū hic secundū sp̄itū, de libera: ille vero secundum carnē, de ancilla nati sunt. Esau autē & Jacob: ambo quidē de libera matre Rebeca nati sunt. Hic tamē nihilominus sp̄itum, ille vero carnē expressit.

45 Cur Esau & Jacob: simul concepti fuerunt: & mox alter post alterū nati?

Q; Esau & Jacob simul cōcepti fuerunt: id exprimit diuinā mentē, simul vtraq; testamenta & secula concepisse & ab aeterno pręiudisse, nō tamē simul vtraq; peperisse: sed mox alterū post alterū. Nā sicut mulier simul duos aut plures filios concipere potest: nō tamen duos aut plures parere si mul: ita & diuina mens, vtrunq; seculum præsens & futurum vna concepit. Ast alterum ante alterum parturiit. Hoc enim seculum est vt Esau: futurum vero vt Jacob.

46 Cur man⁹ nascentis Jacob: tenebat calcaneum Esau?

Id expressit continuitatem vtriusq; testamenti & seculi: quam in precedente recensuimus. Hoc est q; pręterito et cōsummato hoc seculor nouum illico exoriretur. Q; enim non grande interuallum, sed pene nihil temporis nascentes

Questionum

& pdeutes in lucē fratres diuisit: id liquido pādit, q̄ cito praesenti saeculo, futurū successurū sit. Id etiā referre potes ad sanctorū vitā: qui in hoc saeculo & adhuc in carne viuētes: postpositis carnalibus desiderijs: futuri saeculi vitā & immortalitē p̄gustarunt: quasi in praesens saeculū: futuri primitias introducentes. Hoc em̄ man^o Jacob signabat: p̄nascens cum Esau.

47 Cur primogenitus Esau reprobatus est a deo: Iacob vero ultimo genitus a deo electus?

Spiritus dei ubi vult spirat: & pp̄ri^o est huic deus, in quo sibi complacuit. Nam & vocatiōes & electiones dei: causam aliā nō habēt, q̄ diuinam voluntatē, cui magis placet gratia, q̄ humana opera & sacrificiū. Dicere igit̄ possumus Iacob in intentione & mente diuina primogenitū fuisse: qui tamē in ip̄a carnalis natiuitatis executione ultimo genitus apparuit. Hos em̄ deus plerūq; in hoc mundo humiliare solet: quos dilexerit. Et rursus quemcūq; intentione & sine sunt prima: hęc in ip̄a opis executione cernuntur postrema.

48 Cur deus magis hominū ultimo genita q̄ primogenita dilexit?

Hęc fere eadē est: sed vniuersalior p̄cedente. Dilexit em̄ deus magis Isaac q̄ Ismaelē. Elegit Iacob Esau reprobauit & iuxta eloquium odio habuit. Phares elect^o, reprobatus Zaram. Elect^o Ephraim reprobatus Manasse. Dauid inter octo fratres minimus electus est: ceteri reprobati. Et ita in pluribus experiri facile est: deum magis hominū ultimogenita, q̄ primogenita dilexisse: vt iterū magis Moysen q̄ Aaron dilexit. Id autē manifestat alios esse secundū voluntatē dei: alios secundū hominū voluntatē. Quia em̄ primogenita sua diligere hoīes solent: eorū ultimogenita diligit deus qui iuxta eloquium, abiecta & nouissima mundi diligit: & nouissimos primos facit.

49 Quo iure dici potest Iacob primogenitus: Esau vero ultimo genitus?

Iure duplici. Nā in intentione & mente diuina Iacob primogenitus erat: licet natiuitatis executione, ultimus in lucē prodierit. Quē admodū & aīa intentione, perfectione & fine: prior est corpo-

Theologicarum

re: cum tamē corpus fiat prius vsq; ad aliquid: q̄ aīa procreetur in illo. Sic igit̄ & Iacob, prior est vt aīa: Esau vero prior vt corpus. Est autē & alio iterū iure Iacob primogenit^o: vt pote q̄ emit primogenita fratris sui. Etenī p̄pter vnā escā vendens Esau primogenita sua: merito vt p̄phanus reprobatus est.

50 Quid habet ratiois: amborum fratrum naturalis differentia: per quā Esau tot^o in morem pellis hispīdus: Iacob vero leuis fuisse pronunciat^o?

Hęc amborum fratrum naturalis & manifesta oculis differentia: est vt fortitudo mūdi huius & iudicium dei. Nam villositas & crassa pilorū abundantia: signū est corporeę fortitudinis & roboris carnis. Leuitas vero deliciariorē corporis naturā: & elegantiorē ac suauiorē spiritum ostendit. Placet autē deo magis carnis infirmitas in spū suauī & miti confidens in deo: q̄ corporis robur innitens sibi ipsi. Per Esau igit̄ intellige hoīes huius mundi: sperantes in fortitudine corporis, de quib^o scriptum est. Non in tibiis viri, beneplacitum erit ei. Per Iacob vero, intellige electos dei: qui corpore leues, infirmi, graciles: nequaquā ab hominib^o, aut a seipsis: sed a deo auxiliū omne & salutem opperuntur.

51 Quid ē q̄ Esau rufus: Iacob vero cādus erat?

Cutis amborum fratrum: exprimit dispositionem animorum vtriusq;. Quę rufa erat & subobscuro colore naturaliter infecta: ostendit intus latetem animū, haud vsq; a deo serenum enubemq; fuisse: sed natura nubilum, minusue aptū: in quo diuinus vultus agnosceretur. Quę autem erat candida & nullum a natura p̄ferens colorem: indicauit eum quem intro gerebat spiritum clarum purumq; esse: ac natura aprum: in quo tanq̄ tabularasa & expolita, deus sua inscriberet mandata. Nam sicut charta, colore aliquo infecta inscripibilis non est: ita & insincerus & impolit^o animus aptus non est: vt diuine lucis speculum fiat.

52 Quid rursus q̄ Esau venator erat & agricola: Iacob vero vir simplex: habi-

tans in tabernaculis?

Id attinet ad priores differētiās. Ad vitam itē actiuam & contemplatiuam. Nam venatio & agricultura: manifeste ad vitam spectant corpoream, quam actiuam vocamus. Alunt enī corpus simplicitas autem corporis & immota in tabernaculis mansio: animi tranquillitatem, contemplatiuē vitā quietudinē atq; & profunda eius silentia: rationally pandunt. Etenī sicut actiua vita: animum per corporis valuas in mūdum a deo auocare solet: ita & cōtemplatiua eundem in corporis scrinio: velut obturatis sensuum valuis, inmobilem figit.

53 Quid insuper est q; Esau a patre: a matre vero Iacob diligebatur?

Hęc itē dilectionis amborum fratrum, vnius a patre alterius vero a matre differentia: actiuā cōtemplatiuamq; vitā insinuat. Nam & si vir muliere præstantior: actiua tamē vita per virum, cōtemplatiua vero per mulieris pprietatē, quoquo pacto itelligitur. Est quippe viri officium, extera quædam negotiatio: similis practico & actiuo intellectui. Mulieris autē proprium est, ad instar memoria: vt int⁹ immota sedeat. Dilectio igit Esau a præ actiuā vitā: Dilectio vero Iacob a matre cōtemplatiuā refert.

54 An Isaac benedicēs Iacob: sub specie & intentione Esau: vere & perfecte benedixerit eidem?

Diuinę voluntati: iuxta eloquiū: obsistere potest nemo. Ore etenī Isaac loquebatur de⁹ benedicēs Iacob: quem probauim⁹ iure duplici potuisse vocari primogenitum: scilicet iure diuinę intentionis & iure emptionis primogenitorum. Obtulerat deus caliginē, oculos Isaac: induerat per matrem Rebeccam, Iacob vestimētis Esau: ne agnosceret Isaac eum cui benedicebat. Operat⁹ est em Isaac, in benedictione Iacob: velut diuinī spūitus (cui resistere nō poterat) organū atq; instrumentum: porro instrumentum sicut consciū nō est operationis, q; mediante eo perficitur: ita & Isaac nondū conscius erat diuinę voluntatis, a qua tamē agebat & cui ignarus parebat.

55 Quo pacto excusari potest Iacob de mendacio in susceptione fraternę bene-

dictionis?

Videtur Iacob mētiris fuisse, cū dixit patri. Ego sum primogenit⁹ tuus Esau. Potest tamē in quib; accidentibus excusari & absolui a mendacio. Primo vt diximus quia iure & ordine diuinę intentionis, primogenitus erat. Secundo quia etiā primogenitus, iure emptionis primo genitorum fratris sui. Tertio quia id faciebat & voluntate dei & voluntate matris: q; ipm ad id (vt a deo forte monebat) istigauit. Quarto quia mater Rebecca: eius aut mendaciū aut fraudem aut maledictionē (si præteritēs pater illi maledixisset) se suscepturā illi prædixerat, dicens, In me sit ista maledictio fili mi. Quinto quia pater Isaac: vocē eius cui benedixit Iacob, agnouit dicēs. Vox quidem vox Iacob est: manus autē manus sunt Esau. Hęc forte quina accidentia: a mendacio Iacob absoluerē sufficiunt.

56 Quo indicio colligitur benedictio Iacob: q; sub specie Esau obtēta: perfecta tamē & integra fuisse atq; in alterū trāsferrī non potuisse?

Indicio sequētis confirmationis. Dixit em postea Isaac ad Esau, ex agro cū venatione vt iussus fuerat redeuntē. Quis est ille, q; dudū allatā venationē obtulit mihi: & comedi ex ea, benedixi q; illi & erit benedict⁹. Hęc em est cōfirmatio benedictionis Iacob, q; ab eodē sub specie Esau obtentę: manifeste indicās eandē benedictionē & pfectā & integrā fuisse: nec aut debuisse aut potuisse, in primogenitum Esau transferri.

57 Si benedictio Iacob perfecta & integra fuit: cur denuo Isaac: bñdixit Esau? Bñdictio Esau, quā eiulatu magno fies, a præ Isaac ipetrauit: nullo pacto attinet ad hereditatē, futurarū dei repromissionū: nec quicq; adimit a benedictione Iacob. Nā Iacob ex instituto paternę benedictionis: fact⁹ est dñs fratris sui Esau. Quapropter & huic postea benedicens Isaac dixit: in gladio viues & fratri tuo seruiēs: quæ nullatenus benedictioni Iacob aduersantur.

58 Cur in benedictione Esau adiectū est: tempusq; veniet: cum excutias iugum eius a te?

Id referri potest, ad tps futura plenitudis i quo q

Questionum

Christum, omnes a iugo seruitutis liberantur. Nā Esau propter Jacob, annumeratus est inter gētes quæ vsq; ad Christum, extra testamentum manēt: demonibus seruiert. Has autem a demōnum seruitute liberatas, in testamētum filiorum Christi introduxit: & hæreditatis eorū confortes effecit. Per Esau igitur libertatē: intellige gentium salutem: quæ præter naturam suam, inlitæ sunt oliuæ naturalium filiorum.

59 Cur Isaac & Iacob: obediētes præceptis patrum suorum: vxores de filiabus Chanaam: ducere noluerunt?

Isaac obediens præcepto patris sui Abraæ, duxit vxorem rebeccam filiā Bathuelis. Iacob vero, duxit Lyam & Rachel filias Laban: quæ non erāt de filiabus Chanaam: sed de cognatiōe Abraæ, adductæ ex Caldea. Nam haud ab re filii benedictionis: filias maledictionis ducere noluerunt. Filias maledictionis, voco filias Chanaam: quarū pater Cham patris sui irrisor maledictus erat ab initio. Quapropter filii eius: voluntate dei, ab Hebræis exterminati sunt: & terra eorum, data his in possessionem.

60 Cur vetus testamentū singulariter in tribus patriarchis stetit Abraam: Isaac & Iacob: priusq; diduceretur i tribus duodecim?

Hæc singularitas trium patriarcharū veteris testamenti: quæ ipsius in duodecim tribus, disparationem præcessit: figura quædam est diuinæ substantiæ: quæ ab æterno singulariter in tribus personis subsistens: postea omnium creaturarū multitudinem, aliquo pacto sub ratione duodenarii comprehensam progeniuit. Nempe duodenarius vt & magi & philosophi volūt: numerus ē orbium & spherarum. Sphæra vero, figura est & dei & vniuersi. Nam vniuersum, imago dei.

61 Quæ est differentia horum trium patriarcharum: secundum terram promissionis quā incoluerunt?

Abraham alienigena fuit a terra promissionis: peregrinatusq; in eam, in eadē mortuus est. Erat em̄ origine Caldeus: natus in Vr Caldeorū. Isaac vero: in terra Chanaam & natus & mortuus est. Iacob

Theologicarum

autem in ea quidē natus est: in ea tamē mortuus non est. Nā in Aegypto, extrema nature pars soluit. Omnes vero hi patriarchæ: in terra Chanaam sepulti fuere. Sunt igitur hi tres patriarchæ secundum terram Chanaam: veluti hæc tria finis sine principio: principium cū fine, principium sine fine: quæ diuinarum personarum aliquo pacto proprietates imitantur. Nā pater, est vt finis sine principio: id est habens post se, non ante se personam. Filius vero vt principium cū fine: id est habens & ante & post se personam. Spiritus vero vt principium sine fine: id est habens ante se & nō habens post se, personam.

62 Quot annis habitauit Abrahā: in terra Chanaam?

Tot annis, quot annorum erat quādo genuit Isaac. Erat enī centenarius: qñ genuit Isaac. Ceterum vero annis habitauit i terra Chanaam. Vixit em̄ centum, septuaginta quinque annis. Erat autē septuaginta quinque annorum: quando egressus est de Vr Caldeorum. Quāobrem omnes anni vitæ Abrahæ: septies quintū quadratum, hoc est quintum & vigesimū numerum cōplectunt. Habitauit enī in terra sua, ter quinto quadrato. In terra vero Chanaam: eodē quadrato quater sumpto.

63 Cur post tres singulares patriarchas in duodecim tribus: diuisus est populus testamenti dei?

Huius rationem pauillum in sexagesima huius tetigimus: dicētes duodenariū, a magis & Astrologis, vocari numerum mundi atq; vniuersi. Nā figura vniuersi, spheræ: cuius numerus duodenarius. Cōtingit em̄ nō a pluribus, q̄ a duodecim spheris: eandem spheram circunvallari atq; concludi. Filii autem testamēti: heredes sunt sensibilis mundi. Haud ab re igitur testamēti populus, tanq̄ heres vniuersi: in duodecim tribus post trium patriarcharum singularitatem, diuisus ē. Statuit enim altissim⁹ terminos gentiū: iuxta numerum filiorū israel.

64 Quæ sūt in sacris eloquiis: passim sub duodenarii numeri mystica ratione cōprehensa?


Recenset liber Esdræ duodecim gentes natas ab

Adam. Duodecim item partibus, diuisum seculum. Etenim duodenarius & locorum & temporum mundi numerus est. Duodecim duces genuit Ismael: filius Abrahæ. Duodecim patriarchas Jacob progeniuit. Duodecim lapides: statuerunt sacerdotes in alueo Jordanis, cum transirent Jordanem. Statuit item deus numerum filiorum Israel iuxta numerum filiorum dei. Duodecim prophete ante Christum apparuerunt. Duodecim apostolos Christus elegit: ut idem esset numerus noui testamenti, qui erat & veteris. Hæc & alia quæ plurima, duodenarium Anagogæ: magnopere illustrent.

ris testamenti?

Statue tres singulares primos ve patriarchas Abraham, Isaac, Jacob: in recta linea a summo in imum. Ceteros vero patriarchas, filios Jacob, duodecim tribuum duces: subscribe in recta linea, a dextro in sinistram hoc pacto. Habuit enim Jacob filios duodecim: ex Lya vxore sex: Ruben, Symeon, Leui, Iudas, Ysachar, Zabulon. Ex Rachel vxore duos: Ioseph, & Beniamin. Ex Bala ancilla Rachel, duos: Dan, & Neptalim. Ex Zelpha Lya ancilla duos: Gad, & Aser. Hi filii Jacob ex vxoribus & ancillis.

65 Quomodo pingendus sit status: vete



66 Quid nos edoceat peregrinatio Iacob in Aegyptum: & post quattuor secula: filiorum eius in terram patrum suorum reductio?

Peregrinationem humani generis: & exilium eius a paradiso, in hac terram seruitutis quæ vallis miserie & umbra mortis appellatur. Rursumque humani generis instauratam a deo felicitatem: quæ hominem in eum vnde exciderat locum, post quattuor secula: hoc est post consummata quattuorcentia & maxima mundi regna euexit. Quattuor enim secula quadringenti anni sunt: quibus filii israel in Aegypto seruiuerunt.

67 Quid per terram Chanaam: intelligendum? Per terram Chanaam: intellige paradysum aut cœ-

lum, id est regionem hereditatis filiorum testamenti, natura sublimem, sitam in montibus, lacte & melle manantem: templum dei viuui & veri habentem in quo cum hominibus inhabitans deus: veram illis pacem, quietem & immortalitatem largitur. Nam terra Chanaam montosa est: & longe Aegypto sublimior: expectans iuxta eloquium, de caelo pluuiam non ut Aegyptus fluuium & terrestrium aquarum inundatione irrigua.

68 Quid Aegyptus mystice designet?

Terram huius mundi, siue sensibilem mundum. Est enim Aegyptus decliuus & humilis terra: luto & paludibus habundans, pluuiam caelestibus ve aquis orbata: terrestrium aquarum alluione fecunda. Terra seruitutis idolorum, carnalium desideriorum, regio tenebrarum, peregrinatio diuine obliuionis, patria

Questionum

terreni regis: impie & crudeliter dominantis. Hec enim omnia per Aegyptum: comparatione terre Chanaan, designantur.

69 Cur quadringentis annis: steterunt filii israel in Aegypto: seruietes regibus Aegyptiorum?

Mora filiorum israel in Aegypto: mora est humani generis, in huius mundi exilio. Quapropter quatuor secula id est quadringenti anni, quibus habitauerunt filii israel in Aegypto, seruietes Aegyptiis: sunt quattuor maxima huius mundi regna: Babylonicum, Persicum, Macedonicum, Romanum, que secundum hominum, non dei voluntatem, in hoc mundo surrexerunt: & humanum genus dura seruitute oppresserunt. De his autem regnis: quintus liber abunde locutus est.

70 Cur post quadringentos annos visitati sunt a deo: & reuocati in terram patrum suorum?

Visitatio eorum post quadringentos annos: & tam liberatio a seruitute Pharaonis, quam reductio eorum in terram patrum suorum: prefigurabat ortum & aduentum regni dei, post exacta quattuor regna huius mundi. Nam consummato Romanorum imperio, quod usque adhuc in parte manet: orietur in terris quedam regni dei species: per quam: renouato ex diuina visitatione mundo: totus orbis ad Christum conuertetur. Et qui abiectus est israel, suae oliuae iterum inferetur.

71 Cur Moses saluator populi quadraginta annis vixit in Aegypto: quadraginta annis in deserto Madian: & quadraginta annis in deserto Arabiae sub monte Syna?

Moses saluator populi: ter quadragenis annis vixit. Statuit enim deus postquam penituit eum quod hominem fecisset: humanae vite terminum centum & viginti annorum, dixit enim. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum: eruntque dies illius centum & viginti annorum. Haec vero tres annorum quadragenae Mosis ut mansiones: ita & officia dispartuntur. Nam quadraginta annis in Aegypto terreni regis alumnus, dux fuit militiae Pharaonis. In deserto Madian: quadraginta

Theologicarum

annis pastor ouium. In deserto Synai: quadraginta annis, pastor populi dei: & legislator eiusdem.

72 Quot plagas induxit deus: per Moysen super Aegyptum?

Decem. prima aqua fluminis versa est in sanguinem: & pisces eius mortui sunt. Secunda, Ebullientes ranae, operuerunt terram Aegypti. Tertia, Omnis terrae puluis versus est in cinis per totam terram Aegypti. Quarta, Musca grauissima inundauit super Aegyptum: & corrupta est terra a muscis. Quinta, Mortua sunt omnia animalia Aegyptiorum. Sexta, Sparserunt Moyses & Aaron cinerem de camino: & facta sunt vlcera vesicaru turgentium in hominibus & iumentis. Septima, Facta sunt inaudita tonitrua & grado mire magnitudinis: & discurrerunt fulgura & pluuia & ignis mixta simul: & percussa sunt ab his animalia Aegyptiorum. Octaua, Factus est ventus vrens: & ascendentes locustae, super omnem terram Aegypti, cuncta videntia in herbis & fructibus vastauerunt. Nona, Te nebrae tam dense factae sunt: ut palpabiles essent. Decima, Percussit deus omne primogenitum Aegypti: a primogenito Pharaonis usque ad primogenitum captiuae quae erat in carcere. Consummatis vero his decem plagis: egressus ex Aegypto Populus in desertum ascendit: mare transiit: quem insecuti Aegyptii marinis aquis obruti & suffocati, cum suo rege vndecima plaga interierunt.

73 Cur egressuri filii israel ex Aegypto petebant ire viam trium dierum in solitudinem ut sacrificarent deo suo?

Per viam trium dierum in solitudine, intellige triduanam Christi mortem: eade distantia: quae priorum Christi vitam, a posteriore eius vita & resurrexione diremit. Est enim Aegyptus ut terra desideriorum & concupiscentiarum carnis quas edomari atque interire, via trium dierum in solitudine prior oportebat: quam populus ipse grata deo suo sacrificia (ab omni contaminatione Aegypti & graui sarcina vitiorum repurgat) exhiberet. Ita & Christus triduanam morte priusquam in sancta sanctorum resurgens introiret: omnem carnis concupiscentiam in sua carne edomuit: & sustulit omnem iniquitatem.

74 Cur mare transierunt in quo Aegypti

ptii eos persequentes: mortui sunt?
 Transitus maris, carnaliu & macularum & desideriorum integerrimam ablutionem signat: que est imprimis his necessaria: qui deo seipos dicaere: nec spiritui dei exasperates: ad diuinam coniunctionem, sint minus idonei. Mors vero Aegyptiorum in mari: depositio est contractarum in Aegyptio sordium. Est & absterfio totius priscerum ritibus: excussio sarcine vitiorum: ac totius hostilitatis interitus. Scriptum est enim. Deponet omnes iniquitates nostras: & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Erant enim Aegyptii, onus peccati: quod ablatum est ab humeris filiorum & suffocatum in mari.

75 Cur precedebat deus populum in columna nubis & ignis?

In his columnis relucet quedam oppositio, lucis & tenebrarum. Dies enim luce: nox vero tenebris explicatur. Apparuit autem deus populo suo per lucem, in tenebris: hoc est per diem in nube. Et per tenebras in luce: id est per noctem, in igne. Est enim lucidus ignis. Nam quia simile in simili nequaquam discernitur, sed contrarium in contrario: ideo deus per diem in nube, per noctem vero in igne, a populo palam: ut itineris dux: spectari voluit.


76 Qualiter per has columnas: vtriusque testamenti substantia figuratur?

Reuelatio dei, per columnam nubis inter diu: veteris expressit testamentum. Eius vero apparitio in nocte per columnam ignis: nouum prefigit. Nam filium Israel & gentes: adiucem se habent, ut lux & tenebre Israel enim lux: gentes vero tenebre. Idem autem deus est, author vtriusque testamenti: qui lucis, id est Israel apparuit patris in nube, Te



CVet⁹ testamētū Nouum.

nebris vero id est tenebris postea in igne illuxit.
 77 Cum figura pyramidis: sit columna: & stabilior & prestantior: cur potius deus in columna: quam in pyramide apparuit? Esto sit pyramis & stabilior & prestantior columna. quia tamen in templis & quibusuis edificiis: columna, ipsa summa fastigia, simis connectit fundamentis: ideo volens deus in vtroque testamento adimpleri suam ipsius cum humana natura unionem & copulam: hanc merito celestium & terrenarum, altarum & humilium, diuinarum & humanarum congressionem rerum: habitans apparente in columna, potiusquam in pyramide premonstrauit. Nam columna aequalitas quedam est & indeficiens stat⁹ ascensionum ac descensionum.



78 Cur populus dei quadraginta annis stetit in solitudine?

Mansio populi in solitudine, est ut mansio Christi in inferno. Tot enim horis anima christi apud inferos mansit: quot annis populus, moratus est in deserto. Sicut autem mansio Christi in inferno, interuallum est vtriusque Christi vite (prioris quidem, qua apparuit in similitudine peccati, omne peccatum sublaturus. Posterioris vero qua resurgens a morte, victor ab inferis rediit) ita & mansio populi in deserto: mortificatio est carnalium populi desideriorum: abluens maculas Aegypti: & sanctificans populum, in introitum & possessionem terre diuinitus promissae.

79 Cur murmurans populus contra Moysen & Aarō in Aegyptum reuertit voluit?

Id prefigit eos: qui non vsquamquam carnalium exortes desideriorum: inhyat quidem regno caelorum, a concupiscentiis tamen nondum plane emortui: retro aspicere stimulantur. Est enim Aegyptus hic mundus: Terra vero Chanaan caelestis hereditas. Nam quod suum rationalis anima in hoc mundo degit carni alligata: fieri nequit ut perpetuo successu in alta & anteriora contendens: carnis stimulos, eandem in huius Aegypti paludem reuocantes non experiatur. Viuit enim carnis concupiscentia,

Questionum

Theologicarum

quod liu & caro uiuit: nec prius interit, quam illa in-
tereat.

80 Cur filii Israel qui ascēderunt ex Aegypto: in deserto mortui sunt?

Quia concupiscentia contracta ab Aegypto, ascendit cum populo in desertum: hanc ideo oportuit cum populo mori & interire in deserto. Nam concupiscentia caro aduersum spiritum & retro aspiciens apta non est ut introeat in regnum caelorum. Haec autem populi mors in deserto: signat animam, carnali amicitia velamine, haud posse caelestibus ci-
uibus annumerari, sed oportere ut prius mortale amicum cum uniuersis desideris: in huius mundi solitudine deponat.

81 Cur alio duce ut Mose: egressi sunt ex Aegypto: & alio ut Iosue: ingressi terram felicitatis?

Hi duo populi duces, unus egressionis ex Aegypto ut Moses: Alius vero ingressionis in terram felicitatis, ut Iosue: aperte nobis insinuant utriusque testamenti veteris & noui duces. Nam etiam idem deus est, utriusque author testamenti: tamen deus nudus & nondum humana carne vestitus, veteris est institutor testamenti: filius inermis Moysi, populo legem ferenti. Deus vero humana amictus carne: noui testamenti, est institutor: similis armato Iosue: non legem ferenti, sed hostes cedenti & populum in requiem introducenti.

82 Quopacto per Mosem legislator: deus ut nudus & nondum incarnatus: per Iosue vero incarnatus deus: siue Christi persona designetur?

Haec pertinet, ad maiorem praecedentis elucidationem. Nam nudus & inermis Moses, populi in deserto legislator: deum nudum ante humanae substantiae assumptionem, ut veteris testamenti author nobis ostendit. Armatus vero Iosue est ut diuinitas sub humana latens carne, ut uerbum caro factum, ut Christi persona, dux noui testamenti. Verus enim testamentum institutio legis est. Nouum uero: eius aut impletio, aut abrogatio. Verus in labore, nouum in requie. Verus in deserto, nouum in terra felicitatis.

83 Qualiter per desertum & solitudinem sit ueteris testamenti proprietates colligenda?

Desertum arens & inhabitabilis terra nihil praesertim, unde homines alere sufficiat. Per desertum igitur & solitudinem: congrue ueteris testamenti proprietates eliciuntur. Nam mens humana, deum nondum in humanitate circumdatum: reperit ut desertum, ut arentem, ut inhabitabilem, ut caelum claudentem, ut implacatum, ut nondum ueritatis spiritum hominibus largientem, ut uitae fructum denegantem. Per Christum uero exortae sunt aquae in deserto, caeli aperti sunt, placatus est deus, ueritatis spiritum & uitae fructum hominibus donauit.

84 Quotuplex est aetas & status populi totius ueteris testamenti?

Quadruplex. Primus ab Abraam, usque ingressum Iacob in Aegyptum: qui statim patrum, in terra felicitatis peregrinationem appellat. Secundus ab ingressu Aegypti, usque ad egressum eiusdem: quae est seruitus & captiuitas populi in ira aliena. Tertius est mora populi in deserto: quam acceptionem legis populi uel sacrae eruditionem & instructionem appellare licet. Quartus est mansio populi in terra sua: per seuerans usque ad Christum aut aduersus Neronis imperium. Et haec uelut ultima populi aetas: fructus & opera legis nuncupatur.

85 Quae est purgatio populi dei: quae illuminatio: & quae eiusdem perfectio?

Omnis (ut diximus in praecedente) statim populi sub ueteris testamenti: aut est patrum in terra sua peregrinatio, aut seruitus filiorum in terra aliena, aut mora eorum in deserto, aut eorundem in terra sua seu patrum suorum mansio. Ex his igitur purgationem populi dicimus esse: egressum eorum ex Aegypto, & transitum per mare rubrum: in quo, per Aegyptios, suffocata sunt atque submersa eorum peccata. Erant enim Aegyptiorum peccati. Illustratio uero eorundem, est acceptio legis. Porro perfectio ipsorum (quam tamen non cognouerunt neque ad eam subuecti sunt) est natiuitas Christi, consummatio legis & finis eorum testamenti.

86 Cur Iacob in septuaginta quinque annis descendit in Aegyptum?

In tot annis descendit Iacob in Aegyptum: in quot uitae suae annis descendit Abraham ex Caldeae in terram Chanaan. Erant enim Abraham septuaginta quinque annos, quando egressus de terra & de cognatione sua uenit peregrinatus in eam terram, quam monstrauit illi deus. In tot igitur annis:

descēdit Iacob in Aegyptū vt peregrinaret ibi. Nam numerus septuaginta quinq; ter (vt crebro diximus) quintum quadratū, hoc est vigesimum quintum inuoluit.

87 Cur prima dei pmissio facta ad abraham: impleta est in Aegypto?

Prima diuinæ pollicitationū factæ ad Abrahā est hæc: Faciam te in gentē magnā. Siue qd idem sonat. Multiplicabo semen tuū sicut stellas cœli. Hęc autem impleta est in Aegypto: in qua paruo tempore, Hebręi immensum coaluere: & ad numerū fere stellarū cœli, existimati sunt. Quia enim generatio: inter naturales motus abiectissimus est: hęc vero sensim in altū, superioribus motibus proficit: ideo in humillima mundi terra, id est in paludibus Aegypti, prima dei pmissio (spectans ad generationē populi) voluntate dei impleta est: vt sensim ab Aegypto ascendens populus in terram suam: velut etate pficiens, reliquas pmissiones adipisceretur.

88 Cur suprema diuinarum pmissio num non est impleta in Aegypto?


Suprema diuinæ pmissionū est hæc. Atq; in te benedicent oēs cognationes terre. per quā intellige Christi natiuitatē: & futurū eius regnum. Hęc autē nequaquā adimpleta est in Aegypto, neq; in terra aliena: sed in iudea per natiuitatem Christi. Nam rationale est vt ea diuina pmissio: que minime ad generationē aut ortū populi, sed ad eius immortalitatem & pfectionē spectat: impleta sit in terra altitudinis & pfectiōis. post ascē sū ppli ex Aegypto: post acceptionē legis & post opa legis eiusdē. Nā purgatio & illuminatio populi: ipsam pfectionē merito pcedere debuerūt.

89 Cur nō in eadē regiōe & terra: factæ sunt populi purgatio: illuminatio & pfectio?

Quia hęc tres actiones: sunt velut gradu & ordine differētes. His em̄ tribus sensim humane mētes, in deum nituntur. Quapropter eedem actiones: non eadem in regione super populum cœlitus incubuere. Nā purgatus est populus in Aegypto. Illuminatus in deserto, pfectus vero aut perficiendus in terra sua. Prīncipiū quippemo

tus populi & subuectiōis ipsius in deum fuit ei⁹ ab Aegypto digressio. Medium: mansio in deserto, finis vero status in terra sua.

Purgatio. Illuminatio. Pfectio.



Ascensus & subuectio populi in deum.

90 Quopacto se habēt adinuicem iuxta populum dei hęc terre tres: Aegyptus: Arabiæ desertum: Iudęa?

Se habent adinuicem sicut purgatio populi, illuminatio & pfectio eiusdē. Voca em̄ Aegyptū: mundi vallem: Arabiæ desertum terrā planam: mediā inter vallem & montem: Iudęā vero vt montē & apicem mundi. Dic insuper Aegyptū, vallē esse purgationis & abluionis sordiu. Arabiam vero quā pertrāsit populus: illuminatiōis planiciē. Iudęam autē pfectionis summitem: In qua ab Aegypto subuect⁹ homo, tandē insit⁹ & coniunctus deo, deus euasit. Humana quippe pfectio, natiuitas est Christi: quā in deum hominem subuexit eūq; illi coniunxit.

91 Quotuplici iure: Populus manens in Aegypto: terram Chanaam vt peculia rem & suā appellauit: & in eam demū repedauit?

Quadruplici: primo dono dei. Nam deus cuius est terra & plenitudo eius: eā Abrahæ & semini eius antea donarat. Secūdo possessione patrum suorum Abrahæ, Isaac, & Iacob. Nempe hi tres habitauerunt in ea: & partim eā possederant. Et sepius totam lustrarant. Quapropter & illā Hebręi, terram patrum suorum vt a patribus possessam appellarunt. Tertio maledictione seminis Chanaam. Fuerat enim Cham pater Chanaam, maledictus ab initio. Quarto propter iniquitates & abominationes habitatorum eius: de qui-

Questionum

bus dictum est Abraę. Nōdum em̄ cōpletę sunt iniquitates Ammoreorū; vsq; in illud tēpus.

92 Sub quot rectorum modis: variatus est status populi dei?

Sub quattuor. Nam primo sub patrib⁹ fuit: sub Abraā Isaac & Iacob. Deinde sub iudicib⁹ vt sub Mose, Iosue, Aioth, Iepthe & sequētibus vsq; ad Saulē regē. Tertio cōcepit sub regibus esse: quorū (post reprobātū & amotū Saulē) prim⁹ Dauid electus secundū cor dei. Quarto regū dñationē, post trās migrationē Babylonis: in principatū sacerdotū cōmutauit. Postremo tñ vsq; ad Christi itē reges habuerūt. Oīs itaq; varietas populi ex parte rectorū ipsius: aut fuit patrū, aut iudicum, aut regum, aut sacerdotum regimen.

93 De quo intelligēda sit prophetia Balaam: ppter Agag tolletur rex eius?

De Saule primo Hebreorū rege. Fuit em̄ Agag rex Amalech: cui cum voluntate dei bellum intulisset Saul: eūq; cepisset: illi tamen p̄p̄o obediens pepercit. Quāobrem irat⁹ de⁹, a quo iussus fuerat disperdere oīa que erāt Amalechitarum: illum abiecit & semen eius regno exheredauit. Hanc igitur Saulis regis propter Agag calamitatem: quingentis fere annis, priusq; eueniret: Balaam vates p̄uiderat ac p̄nūciarat.

94 Quid per Saulem & Dauid primos populi reges intelligendum?

Saul & Dauid: sunt vt Ismael & Isaac, vt Esau & Iacob, vt caro & sp̄s, vt humana voluntas & diuina voluntas. Nam sicut Ismael persecutus est Isaac, Esau, Iacob, Saul, Dauid: ita & caro aduersatur spiritui: & humana voluntas diuine vt plurimum voluntati cōtradicit: & filii huius mūdi, eos persequuntur qui sunt filii pacis & futuri heredes eui. Expressit igitur deus in initio regni populi sui: in primis p̄ximisve regibus, mortis & vite, carnis & sp̄s, mūdi hui⁹ & futuri seculi certamē: seu quoddā antichristi & Christi p̄libamē.

95 Cum Saul voluntate dei & electus fuerit & assumptus in regnum: cur per Saulem huius mundi regnū: & humana voluntas: diuine inobediens voluntati figurantur?

Theologicarum

Deus creauit & carnē & sp̄ritum: & tamē solus sp̄ritus, p̄dicatur esse secundum deū. Carove ro (vt simpliciter dicta id est vt nondū regenerata) & sp̄ritui & deo aduersari iudicatur. Sic igit & diuina voluntate: tā Saul q̄ Dauid, electi sunt & assumpti in regnum. Per Saulem tamen, humana voluntas inobediēs diuine: per Dauid vero humane voluntatis obediētia veraq; humilitas figuratur. Audiuit em̄ Saul magis vocē populi sui (qui est vt carnis cōcupiscentia) q̄ vocē dei. Humana vero voluntas alligata cōcupiscentie: diuine voluntati contradicit.

96 Qualiter per Saulem & casus demonum & lapsus prothoplastorū: per Dauid vero bonorum angelorū confirmatio & hominum salus edoceantur?

Demonum voluntate dei creati sunt: voluntate autem p̄pria exciderunt. Prothoplastos vero diuina quoq; voluntas in paradiso manere iussit: quos humana voluntas subiecta p̄tō, in exiliū egit. At post demonū ruina: illico superstites angeli, in bono confirmati sunt: vt postea nunq; excidere potuerint. Similiter & miseris postea humane generis deus: constituit ad Abraam pactū testamēti. Hęc vero per Saulem & dauid insinuantur. Nā Saulis regnū: est vt temporaria p̄batio humane voluntatis, per quā inuenta est non esse fidelis & stabilis in bono, obediēs deo. Dauid autem regnū, humane voluntatis a deo confirmationē & in deo stabilitatē expressit. Et em̄ tam angelicę q̄ humane voluntates: prius p̄batae sunt, an stabiles an instabiles essent. Vbi vero non nullarum instabilitas innotuit: mox diuina misericordie, que superfuere: stabiles & inconuertibiles factę sunt.

97 Quid est mystice Saulis regnum? Regnū huius mundi habens in initio specie quidem boni: mox tamen in malū degenerans, deficiens a deo, mutat fidem. Regnū Saulis a diuina cōcepit voluntate: in humanā tamē degenerauit. Scriptū est em̄ de Saule: quoniā non erat vir melior illo, in omni populo. Hanc tamē ei⁹ infirmā & instabilem bonitatē: illico regni species & honorum fastus euertit. Est igitur regnū Saulis, vt

tempus probationis humane voluntatis; que inuenta est infidelis. Sicut enim Saul abiectus a deo & preter diuinam voluntatem perseuerans in regno: tandem sibi ipsi manus conscium seque ipsum interemit. Ita & caro regnans in hoc mundo, preter voluntatem dei semetipsam expugnat fitque sibi ipsi exitiosa.

98 Quid item est in mysterio: Dauid regnum?

Dauid regnum: est ut diximus bonorum angelorum confirmatio: post demonum ruinam. Est regnum quod & voluntate dei ortum est: & eadem voluntate perseuerabit in eum. Est quod inchoatum a bono, nunquam in malum degenerat. Est humana voluntas abiiciens semetipsam: & que per abiectionem suipsius, iam non humana, sed diuina reputatur. Nam superbiens extollensque se humana voluntas, humana est: humilians autem seipsam, diuina fit. Humana quippe voluntas (ut in superiore libro monstrauimus) altitudine sui, a deo separatur: quae depressione sui, deo copulatur. Nam & Ascendens descendit, & descendens, ascendit.

99 Cur electus est Saul statura maior omni populo: Dauid vero paruulus & decorus aspectu?

Hec amborum differentia iterum figura quaedam est vtriusque testamenti & seculi. Nam qui maior est omnibus maior fieri nequit, minor autem fieri potest. Qui vero paruulus est: hic sensim augetur & in dies maior fit. Est igitur Saul ut rex, decrescens quotidie. Dauid vero, ut qui quotidie maior fiebat & conualecebat, sicut scriptum est de vtroque. Dauid proficiens: & semper seipso robustior. Dominus autem Saul, decrescens quotidie. Hae itaque lucida vestigia sunt, vtriusque testamenti & seculi. Saul enim figura gigantum: Dauid paruulorum. Saul ut Adam: Dauid ut Christus. Adam quippe decrescere potuit: crescere non potuit. Nam creatus est vir. Christus vero nouus homo, paruulus natus est: proficiens quotidie etate, sapientia & gratia.

100 Quo pacto accipienda sit veritas huius eloquii. Non auferetur sceptrum de

Iuda: quoad usque veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium?

Ablatum est sceptrum a tribu Iuda, in transmigratione Babylonis. Nam post transmigrationem Babylonis: multo tempore principes sacerdotum, populo prefuere. Erant enim Asmonei mathathie filii, e genere sacerdotali: quorum primus Aristobolus, post transmigrationem dyademate sumpto: regem se appellari imperauit. Postea vero captus a Parthis Hyrcano, regnum ad herodem antipatri filium (qui alienus erat ab Hebraeorum tribubus) peruenit. Quapropter longe antea, quam Christus nasceretur: ablatum erat sceptrum a tribu Iuda: quandoquidem qui nato Christo regnabat: non erat de tribu Israelitarum. Hoc modo igitur dicimus accipiendam esse, huius eloquii veritatem. Nam idem dicere est. Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, ac si diceretur. Tribus Iuda non carebit rege nec euicetur de terra sua: quoad usque veniat, qui mittendus est. Haud enim tribus Iuda referenda est ad prosapiam regnantis: sed ad populum cui imperabatur. Sola quippe tribus Iuda e duodecim tribubus reducta fuerat e transmigratione Babylonis: ex qua & Christus natus est. Predixit ergo eloquii, non eorum regem semper futurum de tribu Iuda: usque ad Christi natiuitatem: sed tribum Iuda, rege & scepro non prius spoliandam: quoad venisset qui mittendus est.

Theologicarum questionum sexti
Libri Finis Anno domini
1512. Januarii
die vnde
cima,

F iiii